

36

F^o 97^r Ἡ νηοπομπὴ Ἀλεξανδρείας, κατὰ τὴν ἐπιστροφὴν σταθμεύει ἐν Κρήτῃ καὶ ἐκφορτῶνει τὰ ἐλαφρὰ ἐμπορεύματα τῶν ἐμπόρων, οἵτινες εὐρίσκονται αὐτόθι. 1356, Σεπτεμβρίου 19.

37

Περὶ ὑπογραφῆς τῆς ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων, ὑπὸ τὸν ὅρον ὁ βασιλεὺς τῆς Κύπρου νὰ συνεισφέρει δύο κάτεργα, οἱ ἱππῶται τῆς Ρόδου τρία καὶ οἱ Βενετοὶ τρία. Ἐὰν ἤθελε προκύψῃ δυσκολία, ὥς πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν κατέργων, ἡ ἐνωσις νὰ ὑπογραφῇ, ἔστω καὶ ἂν πρόκειται νὰ ἀποτελῇται ἐξ ἑπτὰ κατέργων. 1357, Μαρτίου 28.

F^o 115^r Millesimo trecentesimo LVII, die XXVIII Martij.

1

Capta. Quod quam cicius fieri potest rescribatur ser Marino Gradonico ambaxatori nostro ad dominum Papam recommendando probitatem et sollicitudinem habitam per eum in factis sibi commissis quod collecto tenore litterarum suarum datarum Auinioni die VIII Marcij uolumus et sic mandamus sibi quatenus in casu quo poterit obtinere de firmando unionem contra Turchos infideles, ponente domino rege Cipri duas galeas, hospitalarijs tres et nobis tres; que unio erit octo galearum, tunc in bona gratia ipsam firmare debeat sicut scripsit. Et si per modum predictum non possent partes ad concordium unionis deuenire, inde sumus etiam contenti ut tantum bonum non remaneat, quod ponente qualibet partium duas galeas ad unionem ipsam, ipsam firmare possit sicut scripsit, non contendando modo aliquo, quod unio fiat septem galearum si nos deberemus ponere tres, hospitalarij solum duas et rex Cipri duas, nec quod Januenses etiam in ipsa unione, ullatenus esse possint. Non 1—non sinceri 1—alij de parte.

5

10

Capta. Ceterum si firmata unione felici facta omni experientia possibili per ambaxatores finaliter non poterit obtinere a domino Papa gratiam mittendi in perpetuum duas galeas de Creta, ad partes domino Soldano subiectas, tunc procuret in quantum poterit de obtinendo ipsam gratiam a domino Papa per maius tempus, quod poterit allegando grauitates et onera, quas passi fuimus et sumus passuri sicut notum est. Et si nostram intentionem per aliquem dictorum modorum obtinuerit tunc firmata unione Venecias redeat. Si uero per aliquem modorum ipsorum facta omni possibili experientia, nostram non poterit intentionem obtinere, tunc accepto comeatu a domino Papa et collegio cardinalium in bona gratia Venecias reuertatur. Omnes de parte.

15

20

24

—•••—

